



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 103. Pragmatica Sanctio a Regis Galliæ Legatis ad Basileenses delata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Regno damnum fuisset illatum: Demum **Sæcul. XV.**
 declarat, quod Ecclesiæ Gallicanæ Præ- **A.C. 1438.**
 sules tot malis, ac corruptelis com-
 moti, in hoc Bituricensi conventu a Ba-
 fileensibus quædam statuta receperint, &
 præhabita inter eos multimoda, diutinaque
 discussione, atque digestionem memorata ipsius
 sacræ Basileensis Synodi Decreta, Ordina-
 tiones & statuta, aliqua simpliciter, ut ja-
 cent, alia vero cum certis modificationibus,
 & formis, non hæsitacione potestatis & au-
 thoritatis condentis, & promulgantis, ipsius
 scilicet sacræ Basileensis Synodi, sed quate-
 nus commoditatibus, temporibus, & mori-
 bus Regionum & Personarum Regni nostri
 congruere, convenireque conspexerunt, illico
 & indilate recipienda censuerint, & acce-
 ptanda deliberaverint.

§. CIII.

*Pragmatica a Regis Gallicæ Legatis ad
 Basileenses delata.*

Rex Sanctionem Pragmaticam ita con-
 ceptam per suos Legatos ad Basileen-
 ses deferri jussit. Constat illa titulis vi-
 ginti tribus, qui ex decretis ejusdem
 Concilii petebantur, & præcipue ex illis,
 quæ respiciunt Generalium Conciliorum
 auctoritatem, collationes, electiones, gra-
 tias expectativas, appellationes, Anna-
 tas, ceterasque exactiones, item divini

Aa 2

officij

Sæcul. XV. officii celebrationem, interdicta, & alia
 A.C. 1438. plura, ita tamen, ut ex illis nonnulla, ut
 supra meminimus, explicata, vel adhibita eorum interpretatione temperata fuerint.

§. CIV.

Articuli Pragmaticæ Basileensis Synodi Decretis omnino consoni.

Primus Pragmaticæ Sanctionis articulus excerptus est ex prima Basileensis Concilii Sessione, ac Conciliorum generalium auctoritatem spectat, & præcipit, ut singulis decenniis Concilia convocarentur, necnon consentiente Synodo per Papam futuri Concilii locus designaretur. Secundus habetur in Sessione II. ejusdem Synodi, & confirmat auctoritatem Synodi supra Papam, quam ab ipso Christo Domino *immediate* recepisse, eique ipsummet Pontificem obedire teneri præferit. Hunc articulum nullo adjecto limite circumscriptum fuisse liquet. Tertius agit de electionibus, de quibus duo exstant Concilii decreta. Horum primum in Sessione XII. approbatur, alterum Sessionis XXIII. statuit, ut electiones *sine impedimento aut obstaculo* fiant per eos quibus ex jure competit. Isto decreto particularibus dignitatum electivarum reservationibus, quæ a summis Pontificibus